



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias  
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,  
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de  
Coloniae Agr., 1684**

Quaestio 27. An exempti sint conveniendo coram conservatoribus à se  
nominatis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

QUÆSTIO XXVII.

An Exempti sint conveniendo coram Conservatoribus à se nominatis.

SUMMARIUM.

1. Iudicem nemo designari debet, quem elegit.
2. Introductum in favorem, non est convertendum in odium.
3. Retortio privilegii non datur in privilegii motu proprio concessis.
4. Iudices an presumantur dati & postulationi parium.
5. Exemptis non est dispendiosum in prima instantia conveniri active & passive coram conservatore.

Exempti causa, habent non pauci ordines Exempti id privilegii, ut ipsimet possint sibi Conservatores dignos nominare, coram quibus debitores suos conveniant, injuriasque sibi illatas propulsent. *Joannes Baptista Consetius de privilegiis Mendicantium & non Mendic. Ordinum par. 2. tit. 4. de conserv. cap. 6. & 7.* dubitatio est, utrum Exempti coram Conservatoribus ab eis ita nominatis conveniri possint.

Ratio dubitandi est, quia nemo designari debet iudicem contra se, quem elegit pro se, *l. cum Papinianus C. de sent. & inter omni. Jud. cap. 1. ubi DD. de Mutui petu. 2. uti Futius hac in eadem materia deduxi alio in tractatu, lib. 2. quest. 29. de Jurisd. Ord. in Exemptis.* Sed aliis visum est non posse.

Ratio, quia hujusmodi controversiæ sunt introductæ in favorem Exemptorum, *cap. 1. & fin. de offic. del. in 6.* quod autem in favorem Exemptorum introductum est, non est in eorum dispendium retorquendum *cap. quod ob gratiam de Reg. Jur. in 6.* uti ego in simili pluribus rationibus alio in loco confirmavi *de Jurisd. Ord. in Exempt. lib. 1. quest. 17. nu. 19. 20. 21.*

Deinde Conservatorum Ordinibus concessa sunt plerumque motu Pontificis proprio, quo casu privilegii retortio & ratio illa naturalis quam Papinianus admisit, seu retaliario, aut potius similis conveniendi ratio cessat, uti ego ostendi citato jam loco *num. 10. & seqq.* & ita non quidem hisce, sed aliis effulis rationibus concludit Emanuel Roderic. *d. loco art. 13.* Verum ego in hanc Emanuelis opinionem me non possum ob distinctionem glossographi & Doctorum aliorum classicorum *in l. si quis iniquum ff. quod quisque juris*, qui me in aliam vocant sententiam, Etenim si Conservatorum seu Exemptorum iudices ad exemptorum postulationem sint deputati, eo in casu si adversus quos talis jurisdictio erit demandata, pote-